In nomine domini amen. Plerumque solemus oblivionis incommoda dum rerum gestarum memoriam per scripture seriem negligimus alligare. Ea propter ego Adefonsus Hyspanie imperator una cum filiis meis Sancio et Fernando vobis concilio de Magerit et omnibus posteris vestris quicumque in Magerit habitaverint facio cartam donationis de montibus et serris qui sunt inter Magerit villam vestram et Segobiam quod sint vestri et de termino vestro ab hac die usque in perpetuum. Hos montes et serras vobis dono ad pascua pecoribus vestris et ad ligna edificiis et necessariis vestris et concedo quod possideatis dictos montes iure hereditario et habeatis plenam potestatem vetandi et defendendi eos ab omnibus aliis conciliis qui contra voluntatem vestram sive ad ligna sive ad pascua voluerint in eis sibi dominium vendicare. Dono autem vobis predictos montes et serras unitim et singillatim a portu del Berroco qui dividit terminum Abule et Segobie usque ad portum de Lozoia cum omnibus intermediis montibus et serris et vallibus ita quod sicut aqua descendit et decurrit versus villam vestram a summitate ipsorum montium eos usque ad Magerit ab hac die usque in perpetuum libere et quiete possideatis. Et hoc facio vobis pro bono et fidelissimo servicio quod michi fecistis in partibus sarracenorum et facitis et quia maiorem fidelitatem inveni in vobis quam dum servicium vestrum volui et maxime quia dicti montes vestri fuerunt et magis ad vos pertinet quam ad aliquos vicinorum conciliorum. Si vero aliquis homo hoc meum factum rumpere temptaverit sit maledictus et excommunicatus et pectet regie parti mille morabetinos et dampnum quod vobis intulerit restituet duplicatum. Facta carta Toleti die kalendas maii. Era M.C.LX. Imperante ipso imperatore in Toleto et Legione, in Gallecia et Castella, in Navarra et Saragocia, in Baetia et Almaria. Comes Barchinonie et Sancius rex Navarre tunc temporis vassalli imperatoris.

Ego Adefonsus imperator Hyspanie hanc cartam quam fieri iussi propria manu mea roboro atque confirmo.

Rex Sancius filius imperatoris — cf.

Rex Fernandus filius imperatoris — cf.
Comes Poncius maiordomus imperatoris — cf.
Ermengaudus comes Urgelli — cf.
Villelmus Raimundus — cf.
Nunus Petriz alferiz imperatoris — cf.



R. Toletanus archiepiscopus et Hyspanie primas — cf.
Iohannes Segobiensis episcopus — cf.
Iohannes gromensis episcopus — cf.
Comes Almanric tenens Baetia — cf.
Comes Rudic Petriz — cf.

Iohannes Fernandiz canonicus ecclesie beati Iacobi et notarius imperatoris scripsit.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Nota

Con motivo de haver resuelto S.M. el S.or D.n Fernando 6.o ensanchar los limites del R.l
sitio del Pardo, incorporando en su R.l Corona los montes, tierras, y demas heredades compre-
hendidas en el Cordon, que p.a este fin se demarcó, y haver quedado incluidos dentro de los mismos
limites diferentes montes y tierras pertenecientes á la V.a de Madrid, y precedido medida y
tasacion de las heredades incluidas dentro de él, a nombre de esta, y de su Ayuntam.to y d.l
del Proc.r gral. del Comun de ella se otorgó Escritura en quince de Marzo de mil setez.s cin-
quenta y quatro ante D.n Antonio Martz. Salazar, D.n de S.M. su Contador de Resultas, Es-
cribano de Cam.a del Consejo, y de la Comision de dicha incorporacion, y por la misma Escritura
se vendieron á favor de S.M. y su Real Corona ... y ocho mil trescientas ... y siete fanegas
diez celemines y medio de tierra, los pastos, montes, arboles, y demas aprovecham.tos que como perten-
a la misma V.a y en que tenian interes los Pueblos de su jurisdiccion se incluyeron dentro de los
limites del referido nuevo Cordon, en los sitios, que con individualidad se expresaran en la cita-
da Escritura de venta, la que se executó en precio de cinco millones novecientos ochenta y qua-
tro mil ciento diez y ocho r.s de v.n los quales se depositaron en los cinco Gremios mayores
esta V.a entrece del prop.o mes. Y en la misma Escritura de venta se obligó esta V.a de Madrid
y su Ayuntam.to á la responsavilidad de todo gravamen, y otro qualesq.a derecho aunq.e fuese de
tercero, que tuviesen, ó pudieran resultar en lo futuro contra las referidas tierras y mon-
tes. Y asimismo se obligó Madrid, y su Ayuntam.to á responder á los Lugares de su tierra
y demas interesados en la comunidad de pastos, y otros qualesq.a aprovecham.tos y satisfacer
lo que por esta razon les corresponda, y deban percivir, siendo igualm.te de su obligacion la respon-
bilidad, paga y satisfacion de lo que deban percivir y corresponda á estas qualesq.a Comunidades, y perso-
nas particulares, que pretender, ó traygan otro ... contra las tierras, pastos, montes, y demas
aprovecham.tos comprehendidos en la referida enagenac.n por haverse esta sin deduccion de carga
ni gravamen alg.o como mas por menor resulta de la citada Escritura que existe en poder del R.do
... D.n Ant.o Martz. Salazar. y á p.a que conste Yo D.n Bartolome Muñoz de Torres Ess.no de Cam.a
del Consejo y Notario de los R.nos por ocupacion del mismo D.n Antonio Salazar firmo esta
Nota en Madrid á quatro de Setiembre de mil setecientos setenta y siete.

D.n Bartholome Muñoz de Torres

Privilexio del Emperador D. Alonso año de
1.0.1.6.0.5. en q.e haze m.d a esta villa de Madrid
de por juro de heredad todos los montes y terminos
desde el monte del Berrueco asta el de Lozoya como se
en las pertenencias allí conf.e pres.tes q.e firmaron el d.o priv.o
el d.o Emp.or y sus S.res los Reyes D. Fernando y D. San-
cho el Arcobispo de Toledo el de Avila y Segobia y otros
prelados y caballeros de los quales q.e firmado.

Leg.o n.o 25.

Nº 1

1275 2-304-38.

Legajo 38.

Num. 5

1160.

2

C-I-1

1